

Hominis pro-
prium, & non
Dei illum esse
spiritum, inter
quem, & car-
nē in nobis ir-
reconciliabile
bellum est.

bellum geri, in nobis affirmat Apostolus, dicens, spiritum
aduersus carnem concupiscere, & carnem aduersus spiritū.
Numquid iste est Dei spiritus? numquid eius est concupi-
scere? eius pugnare aduersus carnem? Et quæ foret pugna
istiusmodi, ubi cū infinita potentia committeretur, & con-
grederetur res per se infirmissima: Dei spiritui infinito illi,
& omnipotenti, cuius imperio uniuersa creata sunt, concu-
piscenti aduersus carnem, an posset caro contra stare? con-
tra concupiscere? contra hiscere?

Et numquid in non regeneratis omnibus, atq; his, qui
Dei carent illo sanctificante ipsos spiritu, omnia intus paca-
ta, omnia quieta sunt? nulla pugna carnis aduersus spiritū?
nulla conscientia, cum male agunt reprehensio? nulla diffi-
cultas, nec carnis contradictio, cū ea neglecta, sibi ipsis, uel
sapientia, uel uirtutis, uel etiam gloriae studio, dura, aspe-
ra, laboriosa, & desiderijs carnis aduersantia imperant, atq;
a se exigunt? dum uigilijs, laboribus, fame, siti, estus, algo-
risq; patientia, excubant pro salute patriæ? cedi, uulnerari,
cruciari, etiam inter se sustinent, ut ea salua sitan qui sibi,
illorum, indixit, honeste, & secundum leges continentur ui-
uere, ex forte conspecta, immo se amplexibus eius ingeren-
te in suo cubili muliere nuda, ac formosa, nullam in se pug-
nam sentit carnis, aduersus mentem, & spiritum, qui illum
admonet persistere in honesto proposito? An forte dicturi
sunt, nō posse istiusmodi, desiderijs carnis resistere, aut nō
obsequi in omnibus?

Eundē spiritū
inter quem, et
carnem, in no-
bis pugna est,
etiam mentem
uocari ab Apo-
stolo.

Sed, & hoc considerent, eundem illum spiritum, inter
quem, & carnē, ea in nobis pugna est, etiā mentē uocari ab
Apostolo, cuius legi, admonitionibus, & imperijs repugo-
net lex membrorum, & carnis, quæ in nobis est. Condele-
stor, inquit, legi Dei secundum interiorem hominem. Vi-
deo autem aliam legem in membris meis, repugnantē legi
mentis